



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio

Coloniae Vbiorvm, 1645

CAP. XXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

accedebant etiam alia, quæ stultam meam securitatem non mediocriter alerent. Etenim laudabilis vitæ consuetudo, qua veterem contrarium usum pene aboleveram, præterea ætas ipsa, ad quam perveneram, quæ facinora atque flagitia fugere facta magis quam sectari solet, quid aliud polliceri videbantur, nisi perpetuam animi firmitatem atque constantiam? Hæc mihi, fateor, majorem, quam par erat, securitatem pepererunt; hæc sensuum custodiam remittendam esse suaserunt; hæc memoriam fragilitatis humanæ, quæ, nisi perpetuis tuis auxiliis sustentetur, concidit, prope delerunt. At, quomodo ea mihi abs te auxilia deducere, nisi peterem? & quomodo peterem, nisi orandi studio flagrarem? Nam remissa atque oscitans oratio, ne ab homine quidem impetrare aliquid potest. Verum, orationis ardor magna ex parte refrixerat, quæque à me tibi preces offerebantur, eæ magis à suscepta quadam consuetudine, quam ab ardore animi prodibant. Quid mirum est igitur, si perseverantiæ donum non mihi contigerit, cui orandi studium, rem ad illud obtinendum propemodum necessariam, defuisse appareat?

C A P. XXX.

ECce, mihi judicia tua, Domine, antea abscondita, inquirenti se offerunt; ecce, vox tua in auribus cordis mei meam mihi negligentiam, oscitantiam, & stultam securitatem, quibus iram tuam merui, severe atque acriter objicit. Audio, Deus, auditionem tuam, & timeo; considero opera tua, & expaveo. O justa judicia tua, quæ similem noxiæ pœnam attribuunt,

B

buunt,